



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

Quale gaudium est exultatio?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

VERSVS 14.

Et erit gaudium tibi et exultatio, et multi in natiuitate eius gaudebunt.

QUESTIO I.

Quale gaudium est exultatio?

Beza vertit: et erit tibi gaudium, et exultationi. Putat enim nomen Ioannis ante nata reperiendum, ut et locus appositioni, et Hebraeis, et Graecis familiaris, quam Latini exprimentur tercio casu. Mihi omnino aliter videtur: non enim hoc dicere vult; nomen Ioannis fore illud gaudium, et exultationi, sed omnia illa quae promittuntur, causam gaudenti copiosam datura: horum vero cetera duntaxat, et arthabo erat nomen Ioannis. Quia ipse textus appositionem illam dissoluit. Nam causam gaudij v. 15. adfert, Erat enim magnus coram Domino. Hacigitur ex causa, non ex nomine originem exultatio ducit. Gaudium enim et exultatio non modo ex filio nato, sed tali filio erat: quod non modo in familia continebatur, sed ad exteros quoque extendebatur. Non modo quia salutis doctorem praedicauerat, sed quia praecursorem, quem e vestigio Saluatoris sequeretur. Hoc fuisse gaudium Zachariae ipse soluta lingua testatur, cum enim multa de misericordia Domini locutus esset, ad Ioannem conuertens: et tu puer propheta altissimi vocaberis, praebis enim ante faciem Domini, parare vias eius: ut ostendat se non in filio, sed Deo exultare, cuius in filio misericordiam agnoscit.

2. Quae ex oratione confirmatur id, quod ante de precibus Zachariae dixi. Hoc enim orauit, quod impetrante eum Angelus dicit: Hoc autem impetrauit, propter quod impetratum, Deum laudat. Quae enim fuerunt vni sanctissimi cogitationes, verba declarant, a Spiritu S. enim sunt.

3. Gaudia orthodoxorum in Ioannis natiuitate admodum animo ferunt. Sectatij, et vt malitiam regant, calumnias struunt, vt zelo iusticiae, vitia, non gaudia culpate videantur.

Calu. in hunc modum scribit. [Abusi sunt hoc loco Papistae, vt prophanum morem inducerent in celebrando Ioannis natali. Hoc omitto, quod tripudij, et saltationibus, ac omne genus lasciuiae comellandae licentia nimis praepostere diem colunt, quem fingunt sibi sacrum esse: imo quod magicis artibus et diabolicis praestigis in eo sibi ludere permittunt, non secus atq. in Cereris mysterijs. In praesentia mihi breuiter ostendere sufficit, Angeli verba in ille ab illis torqueri ad annum diem natalis laetitiam, quum simpliciter gaudium commendat Angelus quoad rediturum ad omnes pios erat ex fructu doctrinae. Gaudij enim sunt natum sibi esse Prophetam, cuius ministerio adducti sunt in spem salutis.]

Merito lasciuiam, et comellationes culpant, multoque magis praestigias magicas. Sunt enim illa hominum, non religionis vitia, et hominum paucorum. Ecclesia flagitiosus festa coli vetat, pijs operationibus, et sanctorum imitatione iubet. Nec ignorat ista calumniator, sed fallere suos vult. Catholici Magam ferro et igne pupiunt, Caluiniani vel non credunt esse Magos, vel artem arbitrantur. Impudens igitur mendacium est: Papistas magicis artibus, et diabolicis praestigis in eo sibi ludere permittere. Nullus id permittit, omnes execrantur, magistratus punit. Non inficior in cetero Catholicorum latere Magos: sed magis ne quorem asseuero eum, qui cum totis magis constitutus noie, communiter magiae Papistas

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

accusat. Non enim fides Catholica Magiam vel tolerat, vel producit, haereson illa factus est. De Simone Mago omnis historia post Scripturam testatur. Marcus, Menander, Nicolaus, Marcion. Vide Irenaeum libro 1. cap. 21. & 24. Euseb. libro 2. histor. cap. 20. de Berengario quem Caluiniani suum agnoscunt, refert Kangiac. in Chronico. Baronius anno 1028. Serar. de magistro Caluini. Genebrard. in Chronico anno 1041. Polydor. Virg. de Zuinglio. nemo vel Lutheranus, vel Catholicus dubitate potest, cum de se ipse fateatur. Vnde magia ortum ducat, ac crescat, eruditissimus Deltio noster in Prologo Inquisitionum exponit. [ Legimus post Sarracenicam per Hispanias illuionem, tantum inualuisse Magicam: vt cum litterarum bonarum omnium summa ibi esset inopia & ignorantio: sola ferme daemoniaca artes palam Toleri, Hispali, & Salmanticae docerentur. In hac quidem ciuitate, bonarum nunc artium matre, cum illic degerem, ostensa mihi fuit crypta profundissima gymnasij nefandi vestigium: quum virilis animi mulier Isabella Regina, Ferdinandi Catholici vxor, vix ante annos centum camentis faxisq. iusserat obturari. Inuaferunt prius Bohemiam Hussitae, postea Germaniam Lutherani: illos quata maleficorum vis fuerit subsecuta, Sprengerius & Niderius haereticae praenitatis quaesitores docuerunt: hi vero, quos Sagarum torrentes in Aquilonarem tractum infuderint, nonunt, qui hoc frigore Arctoo quasi gelati, metu torpuerunt. Vix enim illis in locis quidquam innocuum vel immune ab his sub humana specie feris, dicam nescio, an demonibus. Pleriq. qui aetate praenitio res non in ceuleo modo, sed post quaestiones quoque, Treuirensi in ditone, confitentur iudicibus, se hac lae primum imbutos, quo tempore retrum illud & Tarrareum Lutheranismi sulcrum, ipse quoque Magicae nomine famosus Albertus Brandenburgicus, prouinciam illam flammam ferroque praedabundus vastabat. Quotquot in alpinae regiones vicinas Helueticis incolunt, raras illic feminas malefici expertes, pleraque crimine vno nobiles norunt, nec alia verior aut promptior occurrit causa, quam quod in hanc usque horam Waldensium reliquiae nefariae, illic vt in spelaeis, occultatae haerent. Nihil per Angliam, Scotiam, Franciam, Belgium, hanc pestem celerius & vberius propagauit, quam dira Caluinismilues. Antea paucis in locis, de non multis & vilibus, tantum incertus rumor spargebatur: nunc cum ipsa haeresi, vt cum febris furor, plurimos passim & palam nobilitate, eruditione, diuitijs & dignitate claros inuasit. Sic Behemoth infaturabilis, ex toto iam pelago, sperat, quod Iordanis infuerit os eius, et ceteroque; passus cibo ipsam Domini sortem deuatabit. ] Sic Deltio.

Haec cum Caluinus videret, ipse etiam Zuinglio, Bucero, alijs magis communicaret, adeo tamen uocors fuit, vt suorum scelerata cum Satanico cetero commercia nobis impingeret. Parum erat impuro nebuloni magis operam dare, nisi etiam innocentes suo crimine infamaret, quod vltimum, ac summum diaboli artificij. Omisiss igitur de magia calumnias, quas praeritione in nos Magorum discipulus torquet, rationem eius examinemus, cur non sit in Ioannis annua natiuitatis celebritate letandum, audiamus. Quia simpliciter gaudium commendat Angelus, quia natus sit propheta, & doctor. Aliud plane argumentum, ac diuersum conficit. Si enim gaudium simpliciter commendat, & sine restrictione, quouis ergo tempore gaudere cum opportuno est, licet: cur non igitur in annua natiuitatis memoria. De Christi natiuitate, resurrectione, ascensione gaudere me Caluinus non vetabit, nisi ex lege magistris sui, qui Zuinglium docuit, non credere verbis Christi: si mihi tam

Haeresis magica conciliatrix.

Zuinglii magia.

Saraceni magi.

H sum & Lutherum seu magi.

Treuirenses magi vnde.

In alpinae gentes magicae.

Caluinus suorum scelerata nobis impingit.

Gaudium Angelus praedicat.

Gaudium de praecur-fore nemo acusat, nisi qui Dominum non velle negat.

iusta laetitia conceditur: an non concederetur festis natiuitatis, paschatis, ascensionis? Multi in eius natiuitate gaudebunt, quis, (malum) me inter illos multos esse prohibet? Gaudeo natum prophetam, imo plusquam prophetam, in spiritu Eliae preiussisse, conuersisse multos ad dominum, quoties recordor gaudeo, & quia festo Baptistae magis recordor, magis gaudeo. At me non docet. Imo indies docet. Beneficium mihi in Ioanne diuinitus collatum agnosco. Conciones & vita doctrina est. Ob hac gaudeo, & magis, quia signum erat sequentis, quia mihi agnum Dei tollentem peccata mundi demonstrauit. Gaudium hoc simpliciter commendatum gaudeo, etiam in annua eius memoria. Nosco hic Manichaei spiritum. Indignabantur illi festa celebrari etiam Paschatis & Pentecostes, vt est apud August. l. 32. contra Faustum Manichaeum c. 11. & 12. & Calvinus Dominicum ordinis causa tantum putat obseruandum. l. 2. c. 8. §. 28. & §. 33. Quin Laingeus in eius vita habet, cap. 6. voluisse ipsum nunc quidem dominicum cum die veneris commutare, & c. 10. nunc diem Mercurii solemnibus exornare: & nonnulli die Mercurii officinas claudunt. Consigno disputationem aurea Ambrosij sententia. Solemnis autem laetitia est, inquit, in ortu & generatione Sanctorum. Sanctus enim non solum parent in gratia, sed etiam filius est plurimorum. Vnde admonemur hoc loco Sanctorum generatione laetari. Admonemur etiam parentes gratias agere non minus pro ortu, quam pro meritis filiorum. Non enim mediocre munus est Dei, dare liberos propagatores generis, successores heredes.

Manichaei festa Domini culpabatur Calvinus dominicum mutauit.

De filiorum generatione & generatione Sanctorum. Sanctus enim non solum parent in gratia, sed etiam filius est plurimorum. Vnde admonemur hoc loco Sanctorum generatione laetari.

VERSUS 15.

Erit enim magnus coram Domino: & vinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae.

QUESTIO I. Quare magnus est?

Magnus sanctitate.

§. I. Magnus coram Domino, non hominum fallace fama, sed veritatis aeternae testimonio. vt Oug. homil. 4. Amb. Beda. Theophyl. interpretantur. Vel certe, coram Domino, hoc est insignite, & supereminenter magnum, vt Gen. 10. 9. Nemrodus dicitur robustus venator coram Domino. Magnitudinem Ioannis non solum officij, sed etiam virtutis intelligo: non solum muneris excellentiam, vt putat Calvinus, qui negat Iuda virtutes, quibus excellens. Refert enim ipsum Angelus, qui plenam virtutum, & officij magnitudinem exponit. Vinum, inquit, & siceram non bibet. Quod heroicae temperantiae est; Deinde spiritu replentem adhuc ex utero matris, quod reuera virtutum est praeconium, non modo officij.

Heroica Ioannis temperantia.

QUESTIO II.

Cur Siceram & vinum non bibet?

Sicera quid inebriare potest.

§. I. Siceram in Hebraeis כרם potus est factitius, quicunq; vicia inebriandi habet. תר, inquit B. filius contra Ebriet. וד דודא דפון מלכא דמרום, Omne quod potest inebriare. Temerum male vertunt, id est enim proprie vinum. Plin. lib. 14. c. 16. & 22. c. 15. Complura sunt eius genera apud cultas & barbaras gentes, inopia vini, quare & Satan in hac etiam re ebrietatem inuenit, vitae pariter, & virtutis venenum. Vsq; adeo vt nunc quibusdam in more sit fumo inebriari, qua de re serio queritur Rex Britanniae in suo de Tobaccia lusu. Vno igitur, atq; omni potui, qui inebriare potest abstinet: quod ad prophetiae officij necessarium non erat. Vno enim & communi cibo illi vli sunt.

Ebrietas etiam ex fumo.

§. 2. De abstinence Ioannis in Mattheo tractant. Nunc addo cum Deo, quemadmodum olim Sampsonem. Iud. 13. 14. & Rechabitas I. rem. 3. & consecratum fuisse. Quod vero Calvinus ait, ut in u. u. illud Dei cultum non sufficit: nosque acculat aliter sentientes, vanae imperitiae est.

Nazaratum Baptistae ipse agnoscit, ieiunata ad Dei gloria fatetur. Quid ergo: non est cultus Deitium in desertis, Dei spiritu tota vita oleratum. An maculare pecudum carnes, fundere libamina, adolere odores, cultus Dei est: & cultus Dei non est propriam castigare carnem ne insolescat? temperantiam & sobrietatem colere? Colitur omnino bonis operibus Deus: nec tantum Ioannes tam seuerè vixit, vt orationi facilius vacaret. Si enim aliqui de vigore victus remississet, & temperatissime panem gustasset, aut virum recreandarum causa dilutum vinum medicè, sobriè; gustasset, non video quomodo ad certam diuinam meditationem, orationemq; tardior, languidiorq; redisset: cum rectè vsurpatum vinum, mentem acuat, spiritus animales, vigoremq; animi augeret. Errant igitur, qui ieiunium etiam vilitatem non agnoscunt, nisi vt ad orationem animus collectior sit, & corpus laginè, & lasciuia non obstat. Quamuis enim ista sit, nec parua, vilitas, non tamen ieiunium summa austeritas hunc in finem a Ioanne adhibita est: cum enim plenus esset spiritu sancto, orare legitime sine ea potuit. Imo ostendi eam ad orationem non profuisse, etsi enim oratio solidetur & pinguescat ieiunio, in Ioanne tamen tam inuitato ieiunio non egebat, & in nobis etiam orandi feruorem nimia corporis fatigatione obtuderet. Cum igitur illa causa non fuerit, optimum tamen abstinentiae sibi finem habuerit praefixum, dicendum est, ad Deum noua admirabilisq; sobrietate ac temperantia colendum ieiunasse. Omnis autem virtutis actus Dei cultus est, cum eo dirigitur, vt Dei maiestatem, & quod in nobis habet, dominium, religioso obsequio consecretur ac tectetur. Interim Daniel Tollanus interpretatione abstinentiam Ioannis vehementer elucit, cum ait: fugisse omnes delicias, nec vsum Iudaorum viliu diuina. Est quidem hoc verum, non tamen ad Ioannis temperantiam satis, de qua Christus dicit: venisse nec comedentem, nec bibentem: quem ideo Iudaei celum niabantur, & dicebant: demonium habet. Fuga deliciarum, & ordinarij vsus Iudaici mutatio sine opera demonis esse possunt, & sine miraculo, vt testia seuerorum demencia ostendebant.

QUESTIO III.

Quando repletus Spiritu sancto

§. I. Res sua sponte clara videtur, alim de tamen argumenta in contrarium obiciuntur. Graece legitur ἐν τῷ utero, adhuc ex utero. Quod Erasmus vertit: iam inde ab utero, eumq; secutus Calvinus. Beza vertit ἐν Etiam. Idem negat conuenire aduerbium adhuc, nisi legas, ἐν τῷ utero. Hoc autem mihi certum est, Repletum esse cum adhuc esset in utero, non demum cum natus esset. Cyprian. Epistol. 73. Ambrosius interpretantur, in utero. Ambrosius. Non dubium, inquit, verum hoc angeli esse promissum. Siquidem sanctus Ioannes antequam nasceretur, matris adhuc in utero opus est, spiritus accepti gratiam designauit. Nam cum & patre eius, & matrem nulla ante mirabilia fecissent, in utero patris exiret, Dominum eu angeliz. nisi aduentum. Deinde ita Spiritus habet, פרוסא in utero. Ad vero conuenit particula ἐν adhuc, quam versionem Beza conuenienter frustra negat. Senlus est enim, Adhuc ex utero repletus Spiritu sancto, ita vt Ex terminum, à quo, vt vocant, includat. Hoc est ab ipso conceptu. Qui vertunt iam inde ab utero, eundem tenere sensum possunt.

Veni